

Dividitur verò Insula universa in toridem partes, quot sūt Mundi cardines. Orientalem vocant *Austlendingasjörung*, Occidentalem *Westlendingasjörung*, Septemtrionalem *Nortlendingasjörung*, Meridionalem *Suyllendingasjörung*. Urbibus carent, montes pro urbibus habentes. Fons hic qui fumigantis aquæ vitio nativam rei cuiuslibet originem demolitur: & quicquid fumi hujus exhalatione respergitur, in lapideæ naturæ duritiem transmutatur formæ dumtaxat superfluit. Est & fons pestilentis undæ, quem qui gustaverit, perinde ac veneno prosternitur. Sunt latices cerealis poculi proprietatem imitantes. Oceanus autem Septemtrionalis in quo hæc Insula sita est, tantam Piscium copiam subministrat, tantamque Reipublicæ Islandicæ utilitatem præstat, ut non multorum Hominum, sed totius Insulæ salus & fortunæ inde pendere videantur: inde enim omnes aut vivunt, aut victum quaerunt, familiasque sustentant. Hic si velim hujus Maris Piscium genera omnia recensere, tempus me deficiat. Aliquot verò rariora non abs re fuerit commemorare. Inter quæ Piscis *Nahual*: Hujus carnem si quis comedit, statim moritur: habetque dentem in interiori capitis parte prominentem ad septem cubitos. Huc quidam pro Monocerotis cornu vendiderunt. Creditur venenis ad versari. Quadragesima ulnarum longitudinem habet bellua. *Roider*, centum triginta ulnarum est, caret dentibus. Ejus caro esui accommodatissima gratissimæque, pinguedo multis morbis incedat. *Cærus Britannicus*, longitudine triginta ulnarum; dentibus caret, linguamque septem ulnarum habet. Est & maximum *Cætorum* genus quod raro apparet, Insulæ magis quam Piscium simile. Insequi minores Pisces præ corporis illi immantini mole nequit, capit tamen illos suâ quâdam arte & astutiâ. Alius item piscis *Seantus* valis dicitur, totus carni-

lagineus, Raiæ aliquo modo similis: sed infinitis modis major, Insulæ speciem cum apparet, præ se fert, alis naves evertit. Sunt & *Seenaut*, Boves marini, colore griseo: & alii. Ad montes transeo Islandæ (inquit Georgius Agricola) tres sunt Montes elati in Cælum, quorum vertices perpetuâ nive cadent, radices sempiterno æstuant igne. Primus vocatur *Hecla*, alter *Crucis*, tertius, *Helga*, id est sanctus. Ab *Heclâ* non longè absunt fodinæ Sulphuris, pænè unicum Jncolarum mercimonium, & veltigal Insulæ: Mercatores enim naves eo onustas evehunt. Mons ipse cum furit, ut horribilia tonitrua insonat, projicit ingentia saxa, Sulphur evomit, cineribus egestis omnia longâ latèque complet, ut ad vicissimum lapidè terra colli non possit. Qui naturam causasque ejus incendii curiosius contemplaturi propius ad montem accedunt, facile unâ aliquâ latebre voragine vivi absorbentur: nam & multæ sunt, & cineribus ita recta, ut nemo sibi cavere possit. Locum propterea vocant carcerem sordidarum animarum. Accedit huc, quod quem glacies solutatos octo menses magnis molibus littori undique allidatur, horrendam sonum edat, quem Incolæ dicunt animarum esse ejularum & queritationem. Ejusdem nature alius mons nomine *Helga*. Hic mons anno 1581, teste Iona, tanto fragore & tonitru ignes & saxa evehavit, ut inde ad octoginta miliaria grandiores machinæ bellicæ explodi putarentur. Apud hunc vorago quædam, ubi spectra se offerunt, congressibus hominum tam manifesta, ut tanquam viventes accipiantur ab ignaris mortis illorum: nec deprehenditur error, prius quàm disparuerint umbræ. Sed hæc aut fabulosa sunt, aut certe Dæmonum ludibria, Ipse Iona fabulosa putat. Crantizius Islandos speculare plerumque habitare scribit, ad montium latera excavatis mansuiculis. Quod idem quo-

Montes

Bovet.

Marr.

que